



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Prima sessio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

uilegium voti decisui haberet. Responderunt singuli se nescire. In eadem Congregatione Illustrissimus Metropolitanus retulit excusationes aliquorum Episcoporum absentium, & fuerunt praesentata & admissa mandata, quae in fine actorum describentur. Actum est de hora Congreg. publicarum, quae post primam sessionem quotidie haberentur: vigesima prima est constituta, Patribus assentient. Illustrissimus Metropolitanus decreuit proximam sessionem in dici debere ad diem 25. praesentis mensis, qui dies in Congreg. contrahi & prorogari pro negotiorum Synodi utilitate libere posset. Statutum præterea est, quia multa in prima sessione agenda erant, quæ vno die commodè expediri non poterant, ut sessio die xxv. incipienda, etiam in sequentem diem produceretur. His itaque constitutis, unus ex Secretariis mandante Illustriss. Metropolitanu legit clara voce omnia decreta, quae in prima sessione publicanda erant. Deinde legit professionem fidei iuxta formulam a sanctissimo D.N. traditam, quam in manibus Illustriss. D. Metropolitanu omnes Episcopi prouinciales emittere debebant, ex decreto etiam Concilij Tridentini sess. 25. cap. [Cogit temporum.] Omnia a Patribus Vnanimi consensu sunt approbata.

Prima sessio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Indictione nona, Pontificatus sanctissimi D. N. Pij Papæ quarti anno sexto, feria secunda, que fuit Idibus Octobris, qui dies aperte iudicæ synodo indictus fuerat. Illustriss. Metropolitanus ante quam ex Archiepiscopalii Palatio egredereatur, vna cum Illustriss. Cardinali Traneti Episcopo Placentino, qui pridie Placentia Mediolanum venerat, & Illustriss. Vercellensi, ceterisque Reuerendiss. Patribus, vocato Secretario uno ex Notariis Concilij, Illustriss. D. Cardinale Traneti dixit, se nullo modo esse subiectum Archiep. Mediolanensi, sed Ecclesiam suam Placentinam esse exceptam, scilicet ex forma Decreti Concilij

Tridentini eligere Metropolim Mediolanum, quod scilicet ad synodum Provincialem conueniret. Itaque protestare, se non venire ad Synodum, neque in ea interfuturum vi subiectionis, sed tantummodo vi electionis. Illustriss. autem Metropolitanus respondit, se prætendere Ecclesiam Placentinam esse sibi subiectam; sed tamen admittere prædictum. Illustriss. Cardinalem Tranensem, eo fure quo admitti deberet, sine præjudicio iuriū ambarum ecclesiarum. His absolutis tres Illustriss. Cardinales cum capillis Rubeis, comitantibus Reuerendiss. Episcopis & Prælatis, & sub sequente Excellentiss. Senatu Mediolanen. & nobilibus quamplurimis, ierunt ad Ecclesiam Maiorem, quae est sub inuocatione Natiuitatis Beatisimæ Virginis Mariae. Inter Protonotarios tamen & Senatorum Mediolanen. obseruatum fuit, ut pari gradu incederet unus ex Protonotariis a manu dextra, & unus ex Senatoribus ex manu sinistra, quo usq; numerus Protonotariorum completus fuit: & confederunt omnes in locis suis. Reuerendiss. Patres infra gradus quibus ad aram maximam ascenditur; ita locatis sedibus, ut hemicycli, & tanquam theatri speciem repræsentarent. Procuratores Episcoporum absentium post sub sellia Episcoporum: deinde Procuratores Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, & reliqui suo ordine: Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ mansit in loco suo solito, quo usque Illustriss. Metropolitanus peracta Missa accessit ad altare. Tunc federunt Canonici ad dextram & sinistram Altaris paulo post Illustriss. Metropolitanum: Illustriss. vero Cardinales Tranen. & Vercellen. federunt iuxta Cathedram Archiepiscopi in duabus sellis. Ipse autem Illustriss. Metropolitanus accessit ad Faldistorium, & induitus est solitis vestimentis pro Missa celebranda, dum canebatur Tertia: qua perfecta celebravit solennem Missam de Spiritu sancto, ex instituto Domini Ambrosij: cui, & ceteris quae in prima hac sessione peracta sunt, interfuit etiam Illustriss. & Excellentiss. Dominus Don Gabriel della Cœua Dux Albuquerqui, & locum tenens Regiae Catholicæ



tholicæ Maiestatis in Dominio Mediolanen. vna cum prædicto Excellentissimo Seratu Mediolani.

Post Missam deposita Casula seu Pla-
neta, induit Pluviale; super quo etiam
pallio Archiepiscopali est induitus, &
iuit ad sedem Archiepiscopalem.

Reuerendus Pater Benedictus Pal-
mius ex Societate Iesu, petita prius be-
nedictione ab Illustriss. Archiepiscopo,
ascendit ambonem, & habuit latinâ ora-
tionem ad Patres de negotio refor-
mationis: cūq; duo initio proposuisset tra-
ctaturū se, de difficultate reformationis,
& de modo; cū duorum ferè horarū
spatio orasset, primū tantum Caput ab-
solutum. reliqua in aliud tempus distulit,
multa enim eo die agenda erant.

Sacra concione absoluta, Cardinales
& Patres omnes de more pluivialibus
sunt induiti cum suis Mitris, Metropoli-
tanus quidem cum Mitra argentea, Car-
dinales cum ferica, reliqui verò Episco-
pi cum linea.

Dictæ sunt Litanie & orationes con-
suetae, prout in libro Pontificali, & cæ-
remoniali.

Quibus peractis Illustriss. Metropoli-
tanus versis renibus ad altare, sedit in
faldistorio, Cardinalibus manentibus
in loco suo, habuitq; orationem tempo-
ri & rei accommodatam. Habetur sup-
ra ad finem. Conc. 1. pag. 56.

Postmodum unus ex Secretarijs acce-
dens ad Amplitudinem eius Illustrissimam
de ipsius manu accepit Decretum
de aperienda Synodo, statimque ascen-
dens ambonem, illud legit. & est tale.
Illustriss. & Reuerendiss. Domini, Re-
uerendissimi Patres, Placet nō vobis, ad
laudem & gloriam Sanctæ & Individue
Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus
sancti, ad tuendam & augendam Chris-
tianæ Religionis Disciplitam, pro
moderandis moribus, corrigendis ex-
cessibus, & controversijs compen-
dis Prouincia Mediolanen. alijque ex
sacris Canonibus permisssis, sacrum
Mediolanense Prouinciale Concilium
incipere? tunc alter Secretarius cum
Notariis accesserunt ad Illustriss. Do-
minum Metropolitanum, & ad Patres, si
gillatum ipsorum votū exquirentes. Re-

sponderunt omnes: Placet: preter Illus-
triss. Dominum Tranensem, qui respon-
dit: Placet cum protestatione iam fa-
cta. Relatis votis Illustriss. Metropoli-
tanus dixit, Decretum placuit omni-
bus Patribus. Itaq; decernimus Prouin-
cialis Mediolan. Synodi initium fieri,
& iam factum esse. Tunc Secretarius
qui erat in Ambone, iterum accessit ad
Illustriss. Metropol. & de eins manu ac-
cepit alia Decreta tenoris infra scripti,
quæ clara voce legit.

De Ratione vivendi in Synodo.

NO S Carolus Borromæus, S. R. E.
Tit. S. Praxedis Presbyter Car-
dinalis, ac Sanctissimi D. N. Papæ, &
Sanctæ Sedis Apostolicæ per vniuer-
sam Italiam Legatus de latere, Dei, &
Apostolicæ sedis gratia Archiepisco-
pus Mediolani. Illam Beati Iacobi Apo-
stoli sententiam humiliter nobis propo-
nentes, quod omne datum optimum, &
omne Donum perfectum desursum est
descendens à Patre lumen, qui po-
stulantibus à se sapientiam dat omni-
bus affluerter, & non improperat eis;
ac simul intelligentes, timorem Domini
nisi esse initium sapientie; omnes & sin-
gulos Christifideles Virbis Mediolanis,
Cives & Incolas hortamur in Domino,
vt anteactæ vitæ peccata & vitia dili-
genter recognoscentes, & piè detestan-
tes, posthac à malis abstineant, ambu-
lent in timore Domini, & desideria car-
nis non perficiant, vt orationi operam
dare, sèpissimè confiteri, Eucharistie
Sacramentum salutariter sumere, Ec-
clesias frequentare, Dei præceptis obe-
dire, denique pro pace Christianorum
conseruanda, pro salute eorum, qui per-
uigilant quasi rationem pro animabus
redituri, & pro unitate Ecclesiæ, nomi-
natim quotidie orare velint. Episcopos
verò, & reliquos Sacerdotalis ordinis
homines, Prouinciale Conc. in hac Ci-
uitate cœlebrantes, item cohortamur,
vt assidue in Dei laudes incunbere, pu-
rè & castè hostias & preces offerre, sa-
crificium Missæ ter saltem in hebdoma-
da peragere studeant: facientes sicut
Spiritus sanctus per Apost. præcepit, ob-
lationes, orationes, pœnitulationes,

gra-